

nimia seueritate vtaris, sed ad abundantiam & substantiam ægri respicias. Quandoq; verò etiam gratis cures, vel ob gratitudinis memoriam, vel ob præsentem existimationem. Quod si occasio exercendæ liberalitatis, ferendæ've opis se obtulerit vel peregrino vel egeno, hisce talibus maxime opituleris. Si enim affuerit erga homines amor, aderit etiam amor erga artem. Plura hinc inde apud eundem eiusdem sententiæ leguntur, in primis in epistola ad Senatum, populumque Abderitarum, quæ ijs in primis Medicis & Chymicis cognoscenda est diligēter, & recognoscenda diligentius, quorum splendidis & immensis laboribus vnicum infamis lucris solatium propositum est: qui non solum liberalem artem in seruitutem abigunt: sed mercenarijs assimiles, maximorū laborū suorū vile preciū aucupātur, digni ipsi veriū, quibus tāta impotentia proiecti animi exquisitissimo helleboro expurgetur. Ne ergo caritatis inuiso nomine Chymicè parata remedia suspecta essent, dixisse ea volui-  
mus, vt quiuis Christianè moderationis

N 2 amans,